



Danskernes Historie Online

Danske Slægtsforskeres Bibliotek

Dette værk er downloadet fra Danskernes Historie Online

Danskernes Historie Online er Danmarks største digitaliseringsprojekt af litteratur inden for emner som personalhistorie, lokalhistorie og slægtsforskning. Biblioteket hører under den almennyttige forening Danske Slægtsforskere. Vi bevarer vores fælles kulturarv, digitaliserer den og stiller den til rådighed for alle interesserede.

Støt vores arbejde – Bliv sponsor

Som sponsor i biblioteket opnår du en række fordele. Læs mere om fordele og sponsorat her: <https://slaegtsbibliotek.dk/sponsorat>

Ophavsret

Biblioteket indeholder værker både med og uden ophavsret. For værker, som er omfattet af ophavsret, må PDF-filen kun benyttes til personligt brug.

Links

Slægtsforskernes Bibliotek: <https://slaegtsbibliotek.dk>

Danske Slægtsforskere: <https://slaegt.dk>

DE DUOBUS CODICIBUS SALLUSTII HAUNIENSIBUS.

SCRIPSIT

Dr. E. F. BOJESEN,
RECTOR SCHOLÆ SORANÆ.

Indbydelseskrift

til

Skolens aarlige Hovedexamen i Juli 1847.

Kjøbenhavn.

Trykt hos J. G. Scharling.

I n d h o l d.

	Side.
De duobus codicibus Sallustii Hauniensibus	1—49.
Efterretninger om Skolen og Opdragelsesanstalten i Skole- året 1846—1847	50—80.

De duobus codicibus Sallustii Hauniensibus.

Quod in præfatione editionis Sallustii¹⁾ ante hos decem annos dixi, inter omnes scriptores Latinos vix ullum reperiri, in cuius libros plus operæ et studii a doctis viris collatum esset, idem nunc quoque iure contendere posse mihi videor. Nam ne minora quædam commemorem, præter Orellii editionem orationum et epistolarum²⁾ et commentarios, quibus Herzogius Sallustii librum de bello Jugurthino illustravit³⁾, his annis prodierunt duæ editiones, uberrimis notis instructæ, quas curaverunt Dietsch⁴⁾ et Fabri⁵⁾. His doctissimorum virorum stu-

1) C. Sallusti Crispi Catilina et Jugurtha. Edidit et præfatus est E. Bojesen. Haun. 1837.

2) Sallusti orationes et epistolæ ex historiarum libris deperditis. Recensuit Orellius. Tur. 1840.

3) Sallusti de bello Jugurthino liber. Erklärt von Herzog. Leipz. 1840.

4) C. Sallusti Crispi Catilina et Jugurtha. Aliorum suisque notis illustravit R. Dietsch. Vol. I, quod Catilinam continet, Lips. 1843, Vol. II, quod Jugurtham continet, Lips. 1846.

5) C. Sallusti Crispi opera. Mit Anmerkungen von Dr. C. W. Fabri. Zweite verbesserte und vermehrte Aufl. Nürnberg 1845.

diis quum in Sallustio emendando et explicando diligenter et erudite elaboratum sit, tamen non pauca restant, in quibus vel critici vel interpretis opera haud inutiliter versari posse videatur. Nam qui in hoc scriptore paullo accuratius explicando operam posuerit, facile concedet, eam esse Sallustianæ orationis rationem, ut, quum universe haud difficulter intelligatur, multas tamen dubitationes et offensiones afferat ei, qui non universum scriptoris sensum pingui Minerva, ut aiunt, percipere, sed singula subtilius scrutari et aurificis statera pendere velit¹⁾. Restant igitur haud exiguæ difficultates, quæ aut accurata interpretandi ratione solvendæ videantur aut a codicum auctoritate vel coniectandi sollertia auxilium expectent. Itaque quum duos bonos Sallustii codices manu scriptos, quorum alter in bibliotheca universitatis Hauniensis, alter in magna bibliotheca regia Hauniensi servatur, iam olim tractassem, nuper autem liberrimus horum librorum usus denuo mihi ab illustrissimis harum bibliothecarum præfectis concessus esset, operæ pretium facturum me putavi et futuris Sallustii editoribus atque interpretibus aliquid utilitatis allaturum, si universam et perpetuam scripturæ varietatem ex iis excerptam, hac opportunitate oblata, cum viris doctis Sallustii studiosis communicarem. Sed antequam horum codicum scripturas expono, de ipsis codicibus paullo accuratius disputandum videtur.

1) Vide præf. ed. Fabri pag. VI et, quem Fabri nominavit, Lechner obs. in nonnullos Sallustii locos pag. 1.

Alter codex, qui olim Joh. Alb. Fabricii fuit, nunc in bibliotheca universitatis Hauniensis servatur¹⁾, numero 25 inter libros manu scriptos huius bibliothecæ notatus, Catilinam et Jugurtham continet. Membranaceus est liber, form. quadr., nitide et distincte eadem manu

1) In bibliotheca universitatis Hauniensis præter hunc duoveniuntur codices Sallustii manu scripti, quorum *alter* membranaceus, forma quadr. numero 226 notatus est (de hoc codice vid. Thorlacii prolationes et opuscula academica vol. III pag. 363 sqq.), *alter* et ipse membranaceus form. oct. num. 83 insignitus olim Fabricii fuit et a Cortio appellatur Fabricianus 2^{us}. De hoc libro Cortius in præf. ed. Sallustii pag. III ait: „alter paullo iunior, forma, ut aiunt, octuplici, sed haud protritæ auctoritatis. Vix enim discernas, primus ille an hic secundus propius ad Crispi manum accedat.“ Hi codices Catilinam et Jugurtham continent. Præter hos libros manu scriptos in eadem bibliotheca duoveniuntur libri typis impressi cum codd. mss. collati, de quibus in catalogo bibliothecæ hæc leguntur: A) *C. Sallustii Crispi quæ exstant, in usum Delphini, recensente Dan. Crispino Paris. 1674.* E collectione Fabriciana, in 4^{to} num. 1. Collatus hic liber est cum exemplo Sallustii, in quo manu Gudii variæ lectiones ex mss. duobus membranaceis ecclesiæ Remensis notatæ erant Prior scriptus forma longiore, ut quartam paullo excederet, litera æquali non invenusta. Ætasprehenditur ex medio libro ad marginem: MC sexagesimo octavo. In dictione prima: „Omnes, qui hæc lecturi estis, Orate pro Matthæum Scriptorem, ut Deum semper habeat is propitiorem. Amen.“ Alter codex membranaceus manu antiquiore, immo accuratiore exaratus, quæ annorum amplius septingentorum ætatem præ se ferebat. B) *C. Crispi Sallustii opera ex officina Plantiniana Raphelengii 1612.* E coll. Fabr. In 8^{vo} num. 40. Janus Ulitius contulit cum ms. codice et variis editionibus.

scriptus usque ad verba cap. CIII: „quinque delegit“¹⁾. Hinc interruptum scribendi negotium suscepit alia manus multo deterior et negligentior usque ad verba cap. CV: „sed spes amplior“. Deinceps tertia eaque multo firmitior et constantior manus nigriore atramento opus ad finem perduxit. Ad finem Catilinæ hæc verba leguntur: „Explicit liber primus Sallustii Crispi. Incipit scds, qui Jugurthinus dicitur“. Ad finem belli Jugurthini adiecta sunt duo fragmenta „EX LIBRO OROSII“, quorum alterum²⁾, quod paullo longius est, Jugurthinum bellum, alterum³⁾ brevius Catilinarium complectitur. Codex hic illic et lituram et aliam emendationem partim ipsius scriptoris, ut videtur, partim recentiore manu factam passus est, ita tamen, ut quid ab initio scriptum fuerit, plerisque locis haud difficulter appareat. Glossæ et variæ annotationes interdum longiores vel ipsius scriptoris vel

1) Mutilatos esse in extremis capitibus belli Jugurthini multos Sallustii libros et hoc ipso loco capitibus 103, nescio quo fato, interruptos constat. Nam in Basileensi I, qui in eo ipso vocabulo deficit, a quo in Fabr. 1^{mo} recentioris manus vestigia deprehenduntur, septem integra capita desiderantur. In codice Parisiensi antiquissimo num. 1576 desunt capp. 103—112. In Turicensi quoque eadem capita recentiore manu scripta sunt. Vide Gerlachii ed. min. Bas. 1832 præf. pag. VIII et eiusdem ed. mai. Bas. 1823—1831 Vol. I pag. XXI, XXII. Vol. III pag. 334. Guelferbytanum 2^{dum} quoque hoc ipso loco deficere docet Cortius pag. 886.

2) Historiarum libr. V cap. 15. In editione Havercampi pag. 321—325.

3) Libr. VI cap. 6. In ed. Hav. pag. 383—385.

alia manu partim inter lineas, partim in margine scriptæ passim inveniuntur. De ætate et pretio codicis afferam iudicium Cortii, viri doctissimi et de Sallustio egregie meriti. Is in præfatione editionis Sallustii¹⁾ pag. III commemoratis duobus codicibus a Fabricio sibi oblatis, „prior, inquit, excedit ætatem septingentorum annorum (scripsit hoc Cortius an. 1724) et tantum non omnia venerandæ antiquitatis vestigia ostentat. Raro et non nisi ubi omnes fere libri aberrarunt, dormitat, rarissime glossas pro scriptura genuina recepit. Corruptit illum passim mala manus, sed ut facile primas lectiones assequaris“. Fabricianis codicibus usus est Cortius; sed neque omnem eorum varietatem adnotavit et interdum a vero aberravit. Ceterum magnam esse similitudinem huius codicis et eius, qui a Gerlachio appellatus est Turicensis 1, iam pridem a Gerlachio recte intellectum est, qui hos libros et Tegernseensem ad idem exemplar descriptos esse arbitratur.²⁾

Alter codex in bibliotheca regia Hauniensi servatur³⁾. Illic liber et ipse membranaceus, forma oct.

1) C. Crispi Sallustii quæ exstant. Rec. Gottlieb Cortius Lips. 1724.

2) Ed. mai. vol. I pag. XXII. Ed. min. præf. pag. VI.

3) In bibliotheca regia Hauniensi præter hunc sex servantur libri manu scripti, de quibus in catalogo codd. bibliothecæ hæc leguntur: „E veteri collectione 1) *Sallustii Catilina et Jugurtha*. Cod. memb. satis elegans rabr. min. et litt. init. auro ornatis manu Joh. Vila-Cattalani ex civitate Barchinone. Ex Rostgardianis. In 4to num. 2153. 2) *Id.*

numero 3560 notatus inter libros veteris collectionis, eleganter et distincte nigerrimo atramento eademque manu ab initio ad finem scriptus Catilinam et Jugurtham continet. In ipso textu nihil mutatum aut emendatum videtur, sed inter lineas passim glossæ interpositæ leguntur. Ad finem belli Jugurthini stemma invenitur, quod Masinissæ filios et nepotes complectitur. Præterea hæc verba leguntur: „Quem Sydo scripsisti, liber est tuus iste Salusti“. Hoc Sydonis nomen ad ætatem libri accuratius constituendam valere posse videtur. Nam in prima pagina codicis scriptum est: „*Liber sanctæ Mariæ in novomonasterio*“. In catalogo autem manu scripto

lib. memb. elegantissimis litt. init. et picturis auro et coloribus distinctis. Vespasianus Philippus Florentinus fecit fieri Florentiæ. Fred. Rostgaard emit Venetiis an. 1699. In 4to num. 2154. 3) *Id. lib. membr. satis elegans rubr. min. et primo etiam auro, litt. vero init. auro, coloribus et picturis ornatis. Fred. Rostgaard emit Florentiæ an. 1699. In 4to num. 2155.* 4) *Id. lib. membr. rubr. et litt. init. minio et aliis coloribus ornatis, sed primis septem foliis læsis. Bibl. Gottorp. sed olim sine dubio Nicotianæ. In 4to num. 2156.* 5) *Id. lib. membr. elegans litt. init. coloribus et auro ornatis ab Arnoldo Wittfeld an. 1586 Mag. Jonæ Jacobi pastori ecclesiæ Herfølge donatus. In 8vo num. 3561. Ex nova collectione* 6) *Catilina et Jugurtha. Accedunt a) Ciceronis orat. 1 in Catilinam b) Sallustius in Tullium c) Tullius in Sallustium membr. Ex auctione Sellii Lips. 1737; emptus a Suhmio ex auct. Schmettauiana“. Ex his codicibus, quos multis locis inspexi, variæ scripturæ a me prolatae sunt in præf. ed. meæ Sallustii.*

præpositorum Novi Monasterii, qui in tabulario publico Hamburgensi servatur¹⁾), hi versus leguntur:

Istis²⁾ Holsatus — Sido nomine significatus,
 Disciplinatus — bonis moribus atque probatus
 Prepositus dictus — sanctus quem texit amictus,
 Conservans iura — successit prepositura,
 Et stetit in cura — per blanda, per aspera dura
 Viginti septem — per aristas pascere plebem.

Hunc Sidonem, cuius in eodem codice manu scripto exstat libellus de Novo Monasterio, anno 1201 mortuum esse constat³⁾. Quæ quum ita sint, dubitari vix potest, quin seculo duodecimo scriptus sit liber, quod et cum scribendi ratione litterarumque ductu bene convenit. Novi Monasterii libri vel exeunte seculo tertio decimo vel ineunte quarto decimo in bibliothecam monasterii Bordesholmensis translati sunt⁴⁾. Inde postea magna pars librorum Kiliani migravit⁵⁾; aliam partem

1) De hoc catalogo vide Falchs Staatsbürgerliches Magazin Bd. IX pag. 4 Bericht des Sido und andere Nachrichten über Bizelin und das Kloster Neumünster etc. mitgetheilt von Dr. Lappenberg. Sidonis nomen in illo codice commemorari me docuit vir illustrissimus E. Werlauff bibl. reg. præpositus.

2) Hoc est: prioribus præpositis, Vicelino, Epponi, Hermannno.

3) Hoc ostendit Lappenberg in Falchs Staatsb. Mag. Bd. IX pag. 18.

4) De anno huius translationis disputavit Dr. Rüss Die vormalsigen Klöster der regulirten Chorherren Augustiner Ordens in Holstein. Vide Falchs Staatsb. Mag. Bd. IX pag. 68 sqq.

5) Westphal mon. ined. II p. 2390. Falchs St. M. IX p. 107.

in bibliothecam Gottorpiensem pervenisse, inde in bibliothecam regiam Hauniensem receptam esse constat, in qua plures bibliothecæ Bordesholmensis reliquiæ in primis inter libros manu scriptos inveniuntur.¹⁾

Sed hæc hactenus. Quam enotavi scripturæ varietatem, ea omnis revocanda est ad textum editionis minoris Gerlachii Bas. 1832, quocum codices contuli. Quæ sit librorum manu scriptorum orthographica ratio, vix opus est pluribus exponere, quum in scripturæ varietate afferenda a me expressa sit. † indicium esse volui omissi vocabuli aut vocabulorum. Bibliothecæ universitatis Hauniensis codicem Cortii auctoritatem secutus Fabricianum primum appellavi, bibliothecæ regię codicem Hauniensem primum.

¹⁾ Vide Werlauff: Historiske Efterretninger om det store Kongelige Bibliothek i Kjøbenhavn 1841 Pag. 159 Num. n.

Scripturæ codicis Fabriciani I^{mi} ab editione Gerlachii (Bas. 1832) discrepantes.

Catilina.

Cap. 1.

niti decet — *deceat niti*
 obedientia — *obœdientia*
 nostra omnis — *omnis nostra*
 videtur — *videtur esse*
 fluxa atque fragilis — *fluxa et fragilis*
 consulueris mature — *mature consulueris*
 eget — *indiget*

2.

atque nationes subigere — *nationes atque subigere*
 æquitate — *æquabilitate*
 quæ homines — *quæ omnes*
 transiere — *transigere*
 frui anima — *anima frui*

3.

aliorum scripsere — *aliorum conscripsere*
 sequitur — *sequatur*
 dicta putant — *dictum putant*
 facilia factu — *facilia facto*
 ibique — *ibi*
 multa advorsa — *adversa multa*
 eadem qua — *eadem quæ*

4.

ambitio mala — *mala ambitio*
 liber erat — *liber fuit*

5.

quovis rei lubet — *cuiuslibet rei*

sapientiæ parum — *parum sapientiæ*
 pararet — *paret* (supra lineam adscriptum est *ra*)
 in dies animus — *animus in dies*
 auxerat quas supra memoravi — *quas supra memoravi auxerat*
 immutata — *imminuta*

6.

sicuti — *sicut*
 sedibus incertis — *incertis sedibus*
 Aborigines — *aborigines*
 hominum agreste — *hominum agrestium*
 res eorum civibus — *res civibus*
 invidia ex opulentia — *ex opulentia invidia*

7.

magis extollere — *extollere*
 inter ipsos erat — *inter ipsos fuit*
 divitias honestas volebant — *honestas divitias putabant, supra lineam volebant*
 hostium copias — *hominum copias*

8.

ego æstumo — *æstimo ego*
 ea verbis — *eam verbis*
 benefacta — *beneficia*

9.

in suppliciis deorum — *in suppliciis sup. lin. deorum*

parci, in amicos fideles erant — *parci erant, in amicos fideles*
 prælio excesserant — *bello excesserant*
 signa relinquere — *relinquere signa*
 beneficiis — *beneficiis magis*

10.

Carthago — *cartago*
 imperi Romani — *romani imperii*
 namque avaritia — *nam avaritia*

11.

animos hominum vexabat — *vexabat animos hominum*
 virtutem — *virtuti*. Fortasse tamen ab initio scriptum erat *virtutem*
 venenis malis — *venenis*, sup. lin. *malis*
 imbuta corpus animumque — *imbuta animum*
 in civis facinora — *facinora in cives*
 contra morem maiorum — *contra morem* sup. lin. script *maiorum*
 voluptaria Sic cod. sed a pr. man. *voluptuaria*
 temperarent — a pr. man. *obtemperarent*

12.

sequebatur — *sequebantur*
 duci coepit — *duci ceperat*
 luxuria atque avaritia — *luxuria avaritia*
 exædificatas — *ædificatas*
 reliquerant — *reliquerunt*

13.

constructa — *constrata*
 per turpitudinem — *pro turpitudine*
 viri — *viros*
 somni cupido — *cupido somni*
 non famem aut sitim — *non famem, non sitim*
 neque frigus †
 libidinibus carebat — *carebat libidinibus*

14.

existumarent — *æstimarent*
 ex aliis rebus — *aliis rebus*
 quam quod cuiquam — *quam cuiquam*

15.

Iam primum — *iam pridem*

quod ea nubere illi — *qui quod ea illi nubere*
 adulta — *adultum*
 sedari poterat — *sedari potuit*
 vastabat — *verabat*
 colos — *color eius*
 citus modo, modo tardus — *citus modo tardus*

16

sed iuventutem, quam, ut supra diximus, inlexerat — *sed ut iuventutem, quam supra diximus, inlexerat*
 petenti — *petendi*

17.

circiter Kalendas — *circa Kal.*
 plurimum audaciæ — *primum audaciæ*. In marg. *plurimum*
 P. et Servius — *P. servius*
 Læca — *leca*
 consili huiusce — *huiusce consilii*
 aliqua — *alia*
 cuiusvis — *et cuius*. Sup. lin. script. *vis*
 potentiam crescere — *crescere potentiam*
 si coniuratio — *si iuratio*
 principem — *participem*. Sup. lin. script. *principem*

18.

coniuravere pauci — *pauci coniuravere*
 legibus ambitus — *legis ambitus*.
 Sup. lin. script. *bu*
 superiore — *superiori*

19.

in provincia — *in provinciam*
 in exercitu — *in exercitum*
 nunquam — *nusquam*
 ante perpressos — *antea perpressos*

20.

nequicquam — *nequiquam*
 fuissent — *fuisset*
 ausus est — *est ausus*
 divorsi — *divisi*. Sup. lin. script. *diversi*
 mihi in dies magis — *in dies mihi magis*
 accenditur — *incenditur*

condicio — *conditio*
 nisi nosmet ipsi — *ni nosmet ipsos*
 potentium — *potentiam*
 iis obnoxii — *his obnoxii*
 virile ingenium — *virile est ingenium*
 tolerare potest — *potest tolerare*
 etiam ad necessaria — *ad necessaria*
etiam

omnibus modis — *modis omnibus*
 pecuniam trahunt — *trahunt*. Sup.
 lin. script. *pecuniam*
 tamen summa libidine — *summa ta-*
men libidine

illa, illa — *illa*. Sup. lin. script. *illa*
 sæpe optastis — *semper optastis*
 vos hortantur — *hortentur*. Sup. lin.
 script *vos*

utemini — Sic cod. quoque a man.
 pr. Sec. man. *utimini*
 me animus — *animus me*
 servire magis — *magis servire*

21.

neque res neque spes — *neque spes*
neque res

uti — *ut*

tabulas novas — *novas tabulas*
 esse in Hispania — *in hispania*. Sup.
 lin. script. *esse*

Mauretania — *mauritania*
 hominem et familiarem — *hominem*
familiarem

se consulem — *se consule*. Fortasse
 tamen ab initio script. *consulem*
 increpat — *increpabat*
 victoriæ Sullanæ — *Sullanæ victoriæ*

22.

fuere ea — *fuere item ea*
 sicuti — *sicut*
 consuevit — *solet*
 existumabant — *æstimabant*

23.

atque facinoribus — *facinoribus*.
 Sup. lin. script. *atque*

movent — *amoverant*
 ipse scelera — *ipsa scelera*
 ni sibi — *ni*

insolentiæ — *insolentia*
 quæ quoque modo — *quæ quo modo*.

Sup. lin. addit. *que*
 compluribus narravit — *narravit*.
 Man. rec. addit. *compluribus*

in primis studia — *in primis tum*
studia. Tum man. rec. addit.
 videtur.

consulatum credebant — *consual-*
tum. Rec. man. addit. *credere*
 homo novos — *novus homo*

21.

M. Tullius et G. Antonius — *M. tul-*
lius G. antonius
 Fæsulæ — *fessulæ*
 adscivisse — *ascivisse*

25.

libidine — *libido*. Rec. man. *libidine*
 accensa — *incensa*
 facetiæ — *facetiæ sales*

26.

memoravi — *commemoravi*
 clientium — *clientum*
 et Catilinæ neque petitio — *ac cati-*
linæ nec petitiones
 consuli — Ab initio script. videtur
consulibus

27.

Interea Romæ multa simul moliri.
 Consuli — *Hic interea Romæ si-*
multates multas moliri, consulibus
armatis hominibus — armatis omni-
bus. Sup. lin. script. *hominibus*
 paratique — *parati*
 Læcam — *lecam*

28.

Sullæ — *sillæ*. Sic semper.

29.

respublica detrimenti — *detrimenti*
respublica
 nulli — *nullius*

30.

Sænius — *senius*
 Senati decreto — *senatus decreto*
 indicavisset — *indicasset*
 præmium servo libertatem et sester-
 tia centum, libero — *præmia decre-*
vere servo libertatem et. In marg.
 adscript. *sestertiorum c.*

et sestertiorum ducenta milia — *et*
ter ducenta cc milia. Sup. lin.
 script. *sestertiorum*. Voc. du-

centa rec. atramento script. videtur.
iisque — *hisque*

31.

aut sui — *et ut sui*. Voc. ut erasum.
sicuti — *sicut*
postulare, patres conscripti — *postulare patribus caepit*
ita se — *ita sese*
obstrepere — *strepere*
restinguam — *extinguam*

32.

Dein — *deinde*
multa antecapere — *multa praevnire antecapere ea*. Ab initio autem script. fuit: *multo*
cognoverat — *cognovit*
ad urbem — *urbem*
ex suo numero legatos ad Marcium Regem mittit — *ex suo numero ad martium regem mittit*. Sup. lin. adscript. *legatos alio atramento*.

33.

patriæ — *patria*
maiores vostrum — *maiores*. Sup. lin. alio atram. *vestri*
miseriti — *miserti*
sæpe ipsa plebes — *sæpe tamen ipsa plebs*
maxime u. s. n. pereamus — *u. s. n. maxime percamus*

34.

Senatum Populumque Romanum — *senatum p. r.*

35.

Q. Catulo — *salutem q. catulo*
gratam magnis in meis periculis — *grata michi in meis magnis periculis*
consuetudine — *consolatione*. Sup. lin. script. *consuetudine*
non quin æs a. m. n. ex p. s. possem — *Sic codex quoque; sed rec. man. quin in quia mutavit et ante possem adiecit non*
quom et alienis — *cum alicnis*. Sed in voc. *cum* litura est.
habeto — *habeto*

36.

Arretino — *reatino*
Catilinam et Manlium — *et catilinam et manlium*
sine fraude liceret ab armis discedere — *liceret ab armis discedere sine fraude*
seque remque publicam — *se remque p.*
morbi uti — *morbi atque uti*

37.

plebes — *plebs*
multis de causis — *de multis causis*
alii per dedecora — *aliquae per dedecora*
Id adeo — *Ideo*

38.

summam potestatem — *summam*. In margine alia manu adscript. *potestatem*

39.

innoxii — *noxii*. Est tamen haud dubie erasum voc. *in*
quod plebem in magistratu — *quod plebem in magistratum*
novandi — *novandis*
clades — *Sic codex quoque; sed ab initio haud dubie script. cædes*
initio — *in initio*
A. Fulvius — *fulvius*
bello usui foret — *usui foret bello*

40.

præterea quod — *quod*
civitatum — *civitatum*
videt — *vidit*
remedium mortem — *mortem remedium*
civitatem ære alieno — *ære alieno civitatem*
nam tum — *nam*
nominat socios — *socios nominat*
animus amplior esset — *amplior animus inesset*

41.

in incerto — *in incertum*
rem omnem — *omnem rem*

42.

Bruttio — *bruttia*
ante — *paulo ante*
Senati — *senatus*

43.

suum quisque — *suum quæque*
 Statilius et Gabinus — *statilius gabinius*
 maxima pars — *magna pars*

44.

te virum esse — *te esse virum*

45.

illi — Sic cod. sed a pr. man. *illis*

46.

opus esset — *opus sit*
 item quendam — *itemque*
 veniunt — *conveniunt*

47.

paucis ante diebus — *ante paucis diebus*
 Sibyllinis — *sibillinis*
 tertium esse — *tertium fore*
 habeantur — *tenerentur*

48.

plebes — *plebs*. Sup. lin.
 adductus erat — *deductus erat*
 is quom se diceret indicaturum de
 coniuratione — *is cum se de coniuratione indicaturum*. Omissum
 est *diceret*
 magis leniunda — *leniunda*
 Tarquini indicium falsum videri —
indicium tarquinii falsum esse
 machinatum — *nominatum*. Sup. lin.
 script. *machinatum*
 postea — *post*

49.

neque gratia, neque pretio — *neque pretio, neque gratia*
 ab adulescentulo — *ab adolescente*
 ementiundo — *mentiendo*
 circum ædem — *circa ædem*
 nobilitate — *mobilitate*
 esset — *haberetur*

50.

divorsis itineribus — *divisis muneribus*
 in audaciam orabat — *orabat in audaciam*
 Silanus — *sillanus*
 custodiis — *custodia*

præterea — *et præterea*
 quod de ea re — *qui de ea re*. Est
 tamen hic aliquid erasum.

51.

amicitia — *ab amicitia*
 atque populi — *aut populi*
 consuluerunt — *consuluerint*
 atque advorsa nobis fuit — *et adversa fuit nobis*
 quid se dignum — *quod se dignum*
 sententiam — *sententias*
 acciderent — *acciderunt*
 eum oratio — *eum vestra oratio*
 vitam habent — *vitam agunt*
 plerique mortales — *mortales*. Sup.
 lin. alia manu *plerique*
 si ea paulo severior — *si paulo savior*. Fortasse tamen ab initio
 script. fuit *ea*
 certo — *certe*
 possum equidem — *equidem possum*
 animam eripi — *vitam eripi*
 accidet — *accidit*
 ex bonis — *ex rebus bonis*
 ignaros — *ignaros cives*
 vas — Sic cod. sed sup. lin.
 senati — *senatus*
 neque consili neque audaciæ — *neque consilii audaciæ*
 exequabantur — *exequabantur*
 circumveniri — *circumvenire*
 huiuscemodi — *huiusmodi*
 referat — Hoc in cod. rec. man. adscriptum est.

52.

alia mens est — *est alia mens*
 ipse mecum — *mecum ipse*
 cetera maleficia — *cetera mala*
 hoc nisi — *hoc ni*
 sunt — *sint*
 expergiscimini — *expergescimini*
 non agitur de vectigalibus neque de —
non igitur de vectigalibus agitur, non de
 in hoc ordine — *in ordine*
 magnificentum imperium — *magnificum*. Sup. lin. *imperium*
 fortitudo vocatur — *fortitudo*. Sup.
 lin. *vocatur*
 ne illi — *ne illis*
 falsa existumans — *falso existimans*
 aut a popularibus — *aut popularibus*

minores sunt — *minores sint*
 sin in tanto — *si in tanto*
 eam nos — *nos cum*
 nobis copia — *copia nobis*
 accersunt — *arcessunt*
 cum exercitu — *Hæc vocc. sup. lin.*
alia manu scripta.
 et dubitatis — *Hæc quoque sup. lin.*
alia manu adiecta.
 miseremini — *miseremini*
 convortat — *vertatur*
 neque supplicii — *atque suppliciis*
 prospera omnia — *omnia prospere*
 nequicquam — *nequiquam*
 cetera vita — *vita cetera*
 famæ suæ — *famæ*
 iterum — *iterum iam*
 ego censeo — *censeo ego*
 iique — *hique*
 Volturci — *volturtii*

53.

adsedit — *assedit*
 senati decretum — *senatus decretum.*
 A man. sec. *decreto*
 parva manu — *Hæc vocc. in cod.*
sup. lin. scripta sunt.

54.

atque munificentia — *ac munifi-*
centia
 perfugium erat — *perfugium. Sup.*
lin. script. erat
 petebat gloriam — *gloriam petebat*
 illum sequebatur — *illum assequeba-*
tur. Fortasse tamen ab initio
script. illam

55.

Catonis sententiam — *sententiam*
catonis
 quæ supplicium postulabat — *quæ ad*
supplicium postulat
 in carcerem — *in carcere*
 locus quod — *locus qui*
 descenderis — *ascenderis. In quo ta-*
men aliquid erasum videtur.
 incultu — *inculta*
 vindices — *indices*

56.

Dum ea — *cum ea*
 quam et ipse — *quam ipse*
 venerat — *venit*

in Galliam versus — *ad galliam*
versus
 sperabat — *sperans*
 quouis initio — *quorum initio. In voc.*
quorum rasura est.

57.

Lentulo et Cethego — *lentulo ce-*
thego
 perfugeret — *perfugerent*
 expeditos — *Sic cod. quoque. Sed*
ab init. scriptum videtur expe-
ditus

58.

verba — *verbo*
 quouisque animo — *cuique animo*
 locis esse — *locis*
 adversa sient — *adversa fiunt*
 pro patria, pro libertate — *pro pa-*
tria libertate
 aggredimini — *aggrediamini*
 ætatem — *vitam*
 arma quis — *arma quibus*
 in proelio is maximum — *in proe-*
lio maximum
 cavete — *cavete ne*

59.

omnium — *omnibus*
 in exercitu habuisse — *habuisse in*
exercitu
 tumulti causa — *tumultus causa*
 circumiens — *circuiens*
 certare — *cer re, eraso quod in me-*
dio fuerat.
 militum animos — *animos militum.*

60.

omnibus rebus — *rebus omnibus*
 infestis — *insertis*
 res geritur — *agitur res*
 accersere — *arcessere*
 vi tendere — *vi contendere*
 alios alibi — *alios aliis*
 videt Catilina — *videt*
 pristinae suæ — *suæ priscae*

61.

vis animi — *vis. Sup. lin. script.*
animi
 vivos pugnando locum — *pugnando*
locum vivos
 hostium cadavera — *cadavera ho-*
stium
 repperiebant — *repperiebant*

Jugurtha.

Cap. 1.

humanum — *hominum*
 artes bonas — *artes*
 quisque — *quique*
 culpam actores — *actores culpam*
 multumque — *multaque*

2.

hominum — *humanum*
 corpore et anima — *anima et corpore*
 aeternus, rector — *et aeternus est.*

Rector

incultu atque socordia — *inculti atque socordes.* In ultima syllaba est rasura.
 torpescere — *tepscere*

3.

ius — Sic codex quoque, si quid video.
 tuti — *utique tuti*

4.

memet studium meum — *meum studium.* Sup. lin. script. *memet*
 procula re publica — *a r. p. procul*
 adeptus sim — *adeptus sum*
 civitatis nostræ — *nostræ civitatis*
 præclaros viros — *præclaros.* Sup.

lin. script. *viros*

adæquaverit — *adæquarit*
 proinde quasi — *perinde.* Sup. lin. *quasi*
 sustinent — *tenent*

5.

dein — *deinde*
 obviam itum est — *obviatum est*
 quæ contentio — *quæ conditio*
 uti — *ut*
 expedio — *expediam.* Ab initio script. *videtur expedio*
 Carthaginensium — *carthagenensium.* Sic semper.

in amicitiam — *in amicitia*

Suface — *siface*

reliquerat — *dereliquerat*

6.

luxu — Sic cod. sed sec. man. *luxui*
 gloria — Hoc voc. in cod. sup. lin. alia manu script.

animi cupidinem — *animi cupiditatem*

anxius erat — *angustus erat*

7.

periculis — *periculis*

magis magisque cum — *magis magisque*

neque consilium — *consilium*

quis rebus — *quibus rebus*

8.

adduxit — *abduxit.* Fortasse tamen a pr. man. *adduxit*
 et gloriam — *gloriam*
 suamet ipsum — *suam et ipsum*

9.

litteris — *litterulis*

certo — *certe*

populoque Romano — *et P. R.*

pariter cum filiis — *cum filiis pariter*

adesse intellegeret — *intelligeret*
adesse

huiusmodi verba cum Jugurtha habuisse — *huiusmodi habuisse orationem*

10.

Jugurtha te — *te iugurtha*

tua — *tua facta*

renovatum est — *renovatum*

obtestorque — *obtestorque te*

uti hos — *ut hos*

pariuntur — *parantur.* Sed in hoc voc. aliquid erasum.

amicior — *amicitor*

boni eritis — *boni fueritis*

qui ætate — *quia ætate*

observate — *et observate*

enitemini — Sic cod. quoque. Sed a pr. man. fort. *enitemini*

11.

iam ante — *iam antea*

transductus — *traductus*

iacit — *ait*

his tribus — *tribus*

adoptione — *adoptione*

12.

Itaque tempus ad utramque rem —
Ita ad utramque rem tempus
 conficit — *perficit*

13.

divulgatur — *divulgabatur*
 metus — *timor*
 sequuntur — *secuntur*
 tum Jugurtha — *tunc iugurtha*
 omnis Numidiæ — *omni numidia*
 præcipit — *præcepit*
 primum uti — *uti primum*
 possint — *possent*
 ubi legati — *legati ubi*

14.

locum ducere — *loco ducere*
 me habiturum — *habiturum*
 homo omnium — *homo hominum*
 regno — *regno vestro*
 secundum ea — *sed ea. In marg.*
adscript. alia litteratura scdm
priscianum: scdm ea uti debetis
uterer

per se ipsa — *per se ipsam*
 a vobis recepti sunt — *sunt recepti*
a vobis
 amicitiam instituit — *instituit ami-*
icitiam

progeniem — *progenies. Haud dubie*
tamen ab initio script progeniem
 pati me — *me pati*

Si ad impetrandum — *Sed si ad im-*
petrandum

Romani populi — *populi R.*
 iis finibus — *his finibus*
 versabitur — *versabimur*
 incolumes — *incolomes*
 pacem agitabamus — *agitabamus*
pacem

efferens — *efferens*
 isdem dolis nonquit — *hisdem dolis*
nequivit

meo regno — *regno meo*
 conscripti uti — *conscripti ut*
 nos uti — *nos ut*

infelix — *infelix ego*
 alia clades — *alia clade. Videtur*
autem ab initio script. fuisse
clades

obiecti sunt — *sunt obiecti*
 an reges — *aut reges*
 monumenta plurima — *plurima*
 coleremus — *colerem*

societates — *societatem*
 foedera nova — *nova fœdera*
 obedientia — *obœdientia*
 quo facilius sociorum iniurias —
quo sociorum iniurias facilius
 nã ille — *ut ille*
 fratris mei — *fratrisque mei*
 iam iam frater — *iam frater*
 omnis has — *has omnes*
 neu vivere — *ne vivere*

15.

neu verba — *ne verba. Fortasse ta-*
men ab initio script. neu vel neve
 senatus magna pars — *magna pars*
senatus

extollere laudibus — *laudibus extol-*
lere

severe — *vere. Sed ab initio script.*
severe

Aemilius — *emilius*

16.

optinuerat — *tenuerat*
 Graccho — *gracco*
 famæ — *fama*
 adgressus — *aggressus*
 Mauretaniam — *mauritaniam*

17.

arbore — *arbori*
 interiere — *interire*

18.

Gætuli — *getuli*
 Libyes — *libies*
 aut imperio — *neque imperio*
 quas nox — *qua nox*
 connubia — *conubia*
 alia deinde alia — *alia deinde. Sed*
erasum est alterum: alia
 Nomadas — *numidas*
 mapalia illi — *illi mappalia*
 mature — *maturæ*
 possedere — *possidere*
 Dein — *deinde*

19.

Phœnices — *phenices*
 aliis n. r. avidis — *alii n. r. avidi.*
 Sed crasa utroque loco lit. s
 Hipponem, Hadrumetum — *ypponem*
adrumetum
 æque — *hæque*
 Catabathmon — *cathabathmon*

habuerant — *habuerat*. Sed *crasa*
lit. *n*.

Numidæ — *numidiæ*
antea cognitus — *cognitus*

20.

ratus — *esse ratus*
pecore — Sic cod. sed recent. man.
script. *dedecore*.
alia præda — *aliam prædam*. Sed
ab initio haud dubie *alia præda*.
loca hostiliter — *hostiliter loca*
Adherbalem dolore permotum — *do-*
lore permotum atherbalem

21.

exercitus consedit — *conscdit exer-*
citus
bellum foret — *foret bellum*
ab Adherbale Romam — *romam ab*
atherbale
de controversiis — *disceptare* — †
ita sequē illisque — *itaque sequē illis*

22.

eo magis — *eo magisque*
parant — *parent*
carius a. S. esse — *carius esse a. s.*
summo viro — Sic cod. quoque, sed
sup. lin. recent. man.
quo plura — *quod plura*
prohibuerit — *prohibuerint*
ita utrique — *itaque utrique*

23.

atque fossa — *ant fossa*
urigere — *erigere*
suas fortunas — *fortunas suas*
Cirtam — *cirta*
nec fuit — *fuit hæc*

24.

extinguendi me — *me extinguendi*
quintum iam — *iam quintum*
nisi tamen — *ni tamen*
H. fratrem meum — *fratrem me-*
um h.
vestrum regnum — *regnum vestrum*
obsidet — *tenet atque obsidet*
relicum — *est reliquum*
idem verbis — *verbis fidem*
cruciatu corporis — *cruciatu*
teprecor — *deprecor ut evadam*

25.

isdem illis — *hisdem illis*
enisum — *enisum est*
devictum — *devictum est*
usi — Hoc voc. sup. lin. al. man.
script.
in Senatu princeps — *senatus prin-*
ceps
Romæ — Hoc. voc. sup. lin. al. man.
script.
divorsus — *diversis*. In ult. syllaba
aliquid rec. man. emendatum.
in avido — *avido*
Senati verbis — *senatus verbis*

26.

Italici — *itali*
tradat — *traderet*
curæ fore — *curæ esse*
facit — *fecit*
armatus obvius fuerat — *armatis ob-*
vius fuit
interficat — *interfecit*

27.

idem illi — *illi idem*
decretæ — *decretæ sunt*

28.

venum ire — *venalia*. Sed ab initio
script. videtur *venire*
ut illis — *uti illis*
præcipit — *præcepit*
omnes mortalis — *omnes ut mortales*
Romam adventabant — *romæ adven-*
tabant
proximis — *proximis*, sed sup. lin.
al. manu.
Senati decreto — *senatus decreto*
ita infectis rebus illi domum disce-
dunt — *illi infectis rebus ita do-*
mm reversi sunt
legat — Sic cod. quoque, sed a rec.
man. *legit*
transvectæ — *transvectæ sunt*
urbes aliquot — *aliquot urbes*

29.

primum — *primo*
redimebat — Sic cod., sed infra lin.
al. manu.
sese aliquid — *se aliquid*
accepit — *acceperat*
spem adductus — *adductus spem*

præsenti consilio locutus — *præsenti locutus consilio*
 transigit — *transegit*
 quasi per saturam — *quasi per s.*
 Ceteræ litteræ erasæ sunt.

30.

Romæ per omnis locos — *per omnes locos*
 monere — *monere populum R.*
 superba et crudelia — *superba crudelia*
 multis orationem eius — *multis eius orationibus*

31.

annis quindecim — *annis X*
 obnoxii — *obnoxii*
 hæc talia sunt — *talia hæc sint*
 obviam ire — *ire obviam*
 ego vos — *vos ego*
 maiores vestri — *maiores nostri*
 post C. Gracchi — *post gracchi*
 vestri ordinis multi mortales — *multi vestri ordinis*
 - lubido — *libido*. Sed ab init. *lubido*
 nequitur — *nequit*
 omnia hostibus — *hostibus omnia*
 magnifici — *magnifice*
 iniusta imperia — *imperia iniusta*
 ii qui — *hi qui*
 honesta atque inhonesta omnia — *honestat omnia atque inhonestat*
 vestram transtulere — *transtulere vestram*
 tam vos libertatis — *vos tantam libertatis*
 optimos — *optimos*. Sed ab. init. *script. optimos*
 maiores vestri — *maiores nostri*
 nonne summa — *non summa*
 dediticius est — *dediticius esset*. Sup. *lin. est*
 iussis vestris — *iussis nostris*
 pax aut deditio sit — *pax fuit aut deditio*
 damna atque dedecora — *dampna dedecora*
 et illa quam hæc — *Et si illa quam hæc*
 retinere — Sic cod. sed rasura et recentior manus apparent.
 recusare audebat — *audebat recusare*

viro flagitiosissimum — *viro flagitiosissimo*
 impune iniuriam — *iniuriam impune quantum* — *qui tantum*. Sed ab init. *quantum*
 serviendum — *serviendo*. Rec. man. *serviendum*
 sociis vestris — *sociis nostris*
 hostibus, hostibus — *hostibus*
 ereptæ pecuniæ — *pecuniæ ereptæ*
 gravia sunt, tamen consuetudine iam — *gravia sint, consuetudine tamen*
 imperium vestrum — *imperium nostrum*
 immemorem — Sic cod. sed a pr. m. *memorem*

32.

sæpe dicundo — *sæpe indicendo*
 pecuniæ captæ — *pecuniæ acceptæ*
 accersebant — *arcessebat*
 vendere — *venderent*
 agebant — *agebant*. Sed ab init. *agerent*
 in animos — Sic cod quoque, sed *in erasum*.
 Cassius — *cassius prætor*
 quoniam se — *quo se*

33.

animi erat — *erat animi*
 diximus — *memoravimus*
 Bæbium — *bebium*
 iniurias omnis — *omnes iniurias*
 habere — Hoc voc. in cod. alia manu et alio atram. script.
 verum aperiat — *vera aperiret*
 magnam — *et magnum*

34.

—

35.

urgueat — *urgebat*
 fido sibi — *sibi fido*
 insidiatores — *ut insidiatores*
 regis mandata — *mandata regis*
 deinde ubi — *Ac deinde ubi paulo* — *pauloque*
 fit reus m. ex æ. b. que — *fit m. ex æ. b. que reus*

animum advortit — *animadverterat*
 priore — *priori*
 in Numidiam — *in numidia*
 eodem — Sic cod. sup. lin. sed
 eadem manu.
 Roma — Sic cod. sed ab init. for-
 tasse *romam*
 eo tacitus — *tacitus eo*

36.

adventabat — *adventabant*

37.

pro prætore — *præterem*
 pecuniæ capiundæ — *capiundæ pe-*
cutiæ
 magnisque — *magnis*. Rec. man.
 adi. *que*
 quod quanquam — *quanquam*
 ob thesauros oppidi potiundi — *ob*
thesauros potiundis
 properare — *præparare*

38.

subdolos — *subdole*
 eius augere amentiam — *augere de-*
mentiam
 supplicantis — *supplices*
 spe pactionis perpulit — *perpulis spe*
pactionis
 delicta occultiora — *occultiora de-*
licta
 diu — *die*
 partim uti — *partium uti*. Ab initio
 tamen *partim* script. videtur.
 percussi tumultu — *tumultu percussi*
 trepidare — *et trepidare*
 vis magna — *magna vis*
 nocte atque nubibus — *nubibus atque*
nocte. Hoc voc. alia manu sup.
 lin. script.
 transiere — *transire*
 Numidæ cuncti — *numidæ*. Al. man.
 sup lin. *cuncti*
 deinde — *dein*
 fame et ferro — *fame ferroque*
 memorem Sic cod. quoque, sed in
 extr. syllab. rasura est. For-
 tasse ab init. *memoria*
 incolumis — *incolomes*
 mortis metu — *metu mortis*

39.

ab sociis — *a sociis*

auxilia accersere — *urcessere auxi-*
lia
 omnibus modis — *modis omnibus*
 uti convenerat — *ut convenerat*
 Numidia — *in numidia*
 agitandum — *agendum*

40

Interim — *interea*
 Mamilius — *mamillus*
 promulgat — *promulget*
 Senati decreta — *decreta*
 neglegisset — *neglexisset*
 pericula — *periculum*
 quam intenta — *quantum intenta*
 iusserit, decreverit, voluerit — *ius-*
serit. Sed vocc. sequentia erasa
 sunt.
 supra — *supra fuisse*
 etiam tum — *tum etiam*
 quæsitores — *questores*
 quæstio — Sic cod. Rec. man addi-
 dit *ne*
 ceperat — *cæperat*

41.

Senatus factionum — *senatorum fac-*
tionum. Sed in ult. syll. prio-
 ris voc. rasura est. Fortasse ab
 init. *senatores* script.
 in b. a. civitatem — *civitatem in*
b. a.
 asperius acerbisque fuit — *acerbius*
asperiusque fuere
 omnia in duas partis — *in duas par-*
tes omnia
 semet ipsa — *semet ipsam*
 quasi permixtio terræ oriri coepit —
quasi permixtione terræ oriri coe-
pit. Sed locus manu rec. tractatus
 est. Sup. lin. script. *oriri*. For-
 tasse ab init. script. *per mixtionem*

42.

vindicare — *vendicare*
 in libertatem — Hæc vocc. in margine
 adscripta.
 ac nomen — *et nomen*
 spes societatis — *societatis spes*
 coloniis — *colonis*. Alterum *i* sup.
 lin alio atram. adiectum.
 alterum, alterum — *alterum*
 necaverat — *necaverant*

moderatus animus — *animus moderatus*
 alteros vincere — *alteros*. Sup. lin.
 adscript. *vincere*
 omnis — *omnibus*
 singulatim — *singillatim*
 parem — Sic cod. Ab init. *parum*
 script. videtur.

43.

Auli — *albini*. Quod voc. tamen ab
 initio omissum fuisse videtur.
 provincias — Hoc voc. sup. lin.
 scriptum.
 ubi primum — *primum ubi*
 scribere — *scribere eligere*
 compositisque — Hoc voc. in marg.
 additum.
 invictum animum — *animum invictum*

44.

a Sp. Albino Proconsule — Sic cod.
 sed ab init. *spurii albini pro-*
consulis
 et modestia — *sine modestia*
 spei bonæ — *bonæ spei*
 temporis æstivorum — *æstivorum*
temporis
 nisi quom odos — *ni cum odor*
 neque muniebantur ea — †
 more — Hoc voc. sup. lin. script
 lubebat — *libuit*
 permixti cum militibus diu — *cum*
militibus permixti die
 alia amplius — *amplius alia*

45.

Namque edicto primum — *nam edicto*
primo
 hostes adessent — *hostis adesset*
 circumire — *circuire*
 ne quispiam — *ne quisquam*

46.

nunciari — *nuntiare*
 pecora cultoresque — *cultores peco-*
raque
 obvii — *obviam*
 imperarentur — *imperarentur*. Post
 hoc voc. rasura est 7 vel 8 lit-
 terarum.
 temptari — *temptare*
 equitatus hostium — *equitatus*

an præsens — *vel præsens*
 in incerto — *incertum*. A man. rec.
in incerto

47.

oportunitate — *oportunitates*
 promissa legatorum — *legatorum*
promissa

48.

Muthul — Sic cod. sed ab init. *mu-*
thula
 ferme milia passuum viginti — *ferre*
milia xx. Post hæc verba rasura
 voc. *passuum*
 ab natura — *ac natura*
 murtetis — *mirtetis*
 humi arido atque arenoso — *humo*
arida atque arenosa

49.

quæ ageret — *quid ageret*
 suos — Hoc voc. al. atram. sup.
 lin. scriptum.
 suis — Sic cod. sed syll. *is* alio
 atram. script.
 aliis — *alii*. Sed rec. man. era-
 sum s.
 pro quoisquo — *cuiusque*
 monte degrediens — *montem digre-*
diens
 obscurati — Sic cod. sed in syll. *ti*
 rasuræ et recentioris manus ve-
 stigia apparent.
 milites hortatus — *hortatus milites*

50.

degrede — *digredi*
 tempore — *temperia*
 primos — Sic cod. quoque, sed ma-
 nu recent.
 prætergressum — Sic cod. sed a
 pr. man. *prætergressos*
 duum milium peditum montem oc-
 cupat — *duum milium montem*
occupat peditum
 ac post — *et post*
 deinde repente signo dato — *dein*
signo dato
 a sinistra et dextera — *a dextra*
ac sinistra
 atque instare — *ac instare*
 obvii hostibus fuerant — *hostibus*

obvii fuerant. Ab init. script. *fuere*
 ab Jugurtha equites — *equites ab iugurtha*
 ubicumque Romanorum turma insequi coeperat — Sic cod. a man. rec. Ab init. *ubicumque romanos insequi coeperant*
 sese — *se*
 campi — Sic ab init. cod. sed rec. man. emend. *campus*
 ea vero — *ea*. Sed erasum est voc. *vero*

51.

hostes atque cives — *hostes cives*
 agi, fors omnia — † In marg. legitur: *agi, fors*
 adversum pedites — *adversum pedites*. Sed inter hæc vocc. aliquid erasum est.
 orare, hortari — *orare et hortari*
 munimentum ullum — *ullum munimentum*
 cedentes — Sic cod. sed ab initio script aut *recedentes* aut simile quidpiam.
 nec Jugurtha quidem — *nec iugurtha quidem*
 inicum — *inimicum*
 circumire — *circuire*
 dubiis — Sic cod. quoque, sed ab init. *dubius*

52.

certabant — *pugnabant*
 die vesper erat — *vesper erat diei præceptum fuerat—præceptum erat supra diximus — prædiximus eum Rutilius — rutilius eum simulque — simul q.* Ab initio haud dubie script. *simul quia*

53.

animadvortunt — *advertunt*
 humum aridam — *aridam humum*
 castris sicuti — *castris sicut*
 abiectis armis — *abiectis ramis*. Rec. man. *armis*
 morabatur — Sic cod. sed ab initio *morabantur*
 instructi — *instructique*
 alteros — Sic cod. sed a pr. m. *alterum*

et tumultum — *tumultumque*. Supr. lin. script.
 ni utrimque — *ni utrorumque*
 repente — Hoc voc. sup. lin. script. *detractant — detrectant*

54.

isdem — *hisdem*
 satis iam — *satis*
 Jugurtha ubi — Sic cod. sed inter hæc vocc. plura crasa sunt.
 natura munita receperat — *munita receperat natura*
 Numidarum — Sic cod. sed quid ab init. script. fuerit, non liquet.
 inicum — *inimicum*
 Numidiæ loca — *loca numidiæ*
 interfici iubet — Sic cod. sed ab init. *interficat, iubet*
 præbita — *præbita sunt*
 impositum — *impositum est*
 cui spes — *cuius spes*
 sita erat — In cod. *sita* sup. lin. sed eadem, ut videtur, manu script.
 qui sua — Sic cod. sed rec. man. *quia copia—inopia*
 capit — Hoc voc. in cod. rec. man. *additum*.
 isdem — *hisdem*

55.

victor tamen virtute fuisset — *tamen victor fuisset virtute*
 ex Auli — *ex albin*
 clarior — *clarior erat*
 magis anxius — *animosior*. Ante hoc voc. erasum videtur *magis*
 effuso — *fuso*
 igni — *igne*
 vi — Hoc voc. in cod. erasum.
 fuga atque formido — *formido atque fuga*

56.

quia fallere — *quod fallere*
 illis — Sic cod. sed a pr. man. *illos* script. videtur.
 amissis — *admissis*

57.

in campo situm — *situm in campo*
 oritur — *exoritur*
 alii succedere — *alii evadere vel*

succedere vel murum ascendere.
Sed hæc omnia deleta sunt præter
vocc. *alii succedere*
picem sulphure et tæda mixtam ar-
dentia — *picem sulphure et tæda*
mixtam ardenti
parique et sqq. — Hæc in cod. sup.
lin. sed ead. man. scripta.

58.

repentino metu — *timore repentino*
sin Numidæ — *si numidæ*
victore — Sic cod. sed ab init. *vic-*
torie script. videtur.
neve — *neque*

59.

superiore — *superiori*
repente nostros — *nostros repente*
perturbantur — *turbantur*
advorsis equis — *adversi sequi*

60.

eos uti quæque Jugurthæ res e-
rant — *eosque uticunque res iu-*
gurthæ erant. Sed in voc. *uti-*
cunque rasura.
aut niti — *niti*
ea huc — Sic cod. sed voc. *ea* rec.
man. adiect.
magna vi — *vi magna*
vulneribus confecti — *confecti vul-*
neribus
denique — *deinde*

61.

nisi ex — *ni ex*
ad se — *ab se.* Sed a pr. man., ut
videtur, *ad se*
proxima — *proxima est*
de nece — *nece*
ac primo — *ac primum*
metuenti ne — *metuenti*

62.

liberisque — *ac liberis*
provideat — *ita provideat*
iam et — *et iam*
in illius fidem tradere — *in illius*
fide traderet
accersi — Sic cod. sed man. rec.
adi. *ri*
et aliorum — *atque aliorum*

consumptis — *consultis.* Sup. lin.
consumptis
reputaret — *repugnaret.* Sup. lin.
reputaret

63.

dis — *diis*
haruspex — *auruspex.* Sed eras.
est prius *u*
ageret — *agere*
sæpissime — *sæpe*
cuncta — *omnia*
ergo ubi — *ergo*
faciem eius — *faciem*
eo modo — Hæc vocc. sup. lin.
script.
consulatum — *consulatus.* Sed ab
init. *consulatum* script. videtur.
neque tam egregiis factis — *neque*
egregius factus
is — *his.* Sed hoc voc. rec. man.
additum videtur.

64.

ubi Marius haruspiciis — *ubi au-*
ruspiciis. Sed et hic erasum *u.*
hortabatur — *hortaretur*
id petere — *id sibi petere*
cum pro — *pro*
ullo — *aliquo*
antea — *ante*
exercitus si sibi — Hæc vocc. alio
atram. scripta sunt.

65.

præsidium quod — *quod præsidium*
in eos — †
satellites — *satelliti*
imperator — *imperatorem.* Sup.
lin. adi. *in*
virum — *virum esse*
foret — *esset*
sine mora habiturum — *habiturum*
sine mora
id bellum — *bellum*
plebes — *plebs*

66.

pacis — Hoc. voc. in marg. adiec-
tum.
inermos — *inermes*
plebes — *plebs*

67.

intactus profugit — *profugit in-*
tactus

aut casu—*an casu*

68.

e conspectu—*ex conspectu*
ultum ire iniurias—*iniurias ultum*
ire

postera—*postero*
quamdam—*quamdam*
late—*latere*

69.

animum advortere—*animadvertere*,
sed a pr. man. *animum adverte*
tere

vastari—*vastare*

rursum—†

signo—*repente signo*

sese parum—*parum sese*

expurgat—*excusat*. Sup. lin. *ex-*
purgat

condemnatus—*condempnatus*

Nam is civis ex Latio erat—*nam*
civis ex collatio (ut videtur) *erat*.

Sed is sup. lin. adi. et col eras.
est.

70.

qui plerumque—*plerumque*

gloria—*gloria magna*

inventæ—*Sic cod. quoque, sed in*
litt. ae rasura est.

consilio—*consiliis*

posceret—*exposceret*

inultis—*Sic cod. sed a pr. man.*
inultus

cupidus—*Sic cod. sed a pr. man.*

cupidinibus

mollitiam—*mollitiem*

monere—†

virtute Metelli—*metelli virtute*

71.

uti acta erat cognovit—*uti erat ex*
perfugis cognovit

facere perfidia c. s.—*perfidia c. s.*
facere

72.

alio atque—†

73.

addiderat—*addidit*

moderata—*moderabant*

accersere—*arcessere*

relictis operibus—*opcribus relictis*

frequentarent—*frequentabant*
perculsa nobilitate—*nobilitate per-*
culsa

Mancino—*mantino*

ante Metello—*paulo decio*

frustra fuit—*frustra erat*

74.

posset et—*posset*

varius—*vanus*

hominum—*omnium*

ac post paulo—*aut paulo post*

virtuti an fidei popularium—*virtute*
popularium an fide

quocumque—*Ita quocumque*

sese—*se*

certatum—*certatum est*

congressu—*concurso*

aliquanto—*et aliquanto*

ferme—*ferè*

Numidis—*numidas*. sed a prima
man. *numidis*

tuta—*Sic cod. sed rec. man. add.*
ta sup. lin.

75.

oppidi—*oppido*

levari—*Sic cod. sed a pr. man.*
levare

frumento—*Sic cod. sed a pr. m.*
frumenta

eo—*eoque*

fuerint—*fuerit*

oppido aquam—*aquam oppido*

quo—*quod*

missa—*Hoc. voc. sup. lin.*

superque foret—*superforet*

76.

uno—*una*

negoti gratia—*gratia negotii*

li postquam—*hi postquam*

metuerant—*metuerent*

pendere—*pendere*. Sed ante hoc
voc. aliquid erasum.

77.

venerant—*veniunt*. Sup. lin. *ve-*
nerant

illorum socios—*et illorum socios*.

Sed a pr. manu haud dubie *illos*

impetrata—*impetrata sunt*

nave—*navi*

quæ—*quod*

emissæ — *missæ sunt*

78.

situm — *est situm*
 alia, alia — *alia*
 connubio — *conubio*

79.

Carthaginiensium — *carthuginensium*. Sic semper.
 nos locus — *locus nos*
 eos — Hoc voc. sup. lin.
 nomen Philænis erat — *philænis erat nomen*
 illis locis — *locis illis*
 secus atque — *secus*. Sup. lin.
atque
 se vident — *se esse vident*
 coortus — *cohortus*
 digressos — *egressos*
 quos fines — Sic cod. sed rec. man.
quo, deleto s.

80.

ad studium sui — *sui ad studium*
 adversus — *adversum*
 incepto bello — *incepto belli*
 quia — *quod*
 habent — *habeant*
 nulla p. s. obtinet — *nullam p. s. optinet*

81.

regem Persen — *persen regem*
 uti — Sic cod. sed ab initio *ubi*
 Metellus — *Q. metellus*
 pretium — *opere pretium*

82.

facit — *fecit*
 Roma — *romæ*
 provinciam Numidiam Mario datam — *mario provinciam numidiam datam esse*
 atque — *aut*
 bonum ingenium — *ingenium*
 cognitum est — *cognitum*

83.

stultitiæ — † Sup. lin. legitur *stulticia*
 periculo suo — *suo periculo*
 ad Bocchum mittit — *mittit ad bocchum*
 ægerrime — *acerrime*

licere — *licet*

satis placide — *placide satis*
 fieret — Sic cod. sed a pr. man.
foret script. videtur.
 alia — *partim*
 eodem modo — *eodem modo*

84.

consul factus — *factus consul*
 provinciam Numidiam — *numidiam provinciam*
 accersere — *accersiri*
 militiæ — Sic cod. sed a man. sec.
militiæ
 quamquam — *quicquam*
 abnuere audebat — *negare non audebat*
 invaserat — *invadit*
 concionem — *contionem*

85.

isdem — *hisdem*
 supplicis — *supplicis*
